



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

67 Qvemadmodvm Plvs Pecvniae, Q[ue] pœnitentiæ peccatoribus
imponant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tenentur, Nam neq; ipsi Ecclesiastici domesticas has suas cō-
stitutiones scđm rationabilem, synceriorē, ac germanū equis-
tatis intellectum, obseruant, Etenim tametsi reformationes
huiuscemodi, vt plurimum, statuant coram officialibus, eorū
rumq; ecclesiasticis cōsistorijs, manifesta ac notoria tantum,
minimeq; occulta delicta, debere agitari atq; ventilari, consi-
derariq; in primis salus animarum, & honor Iesu Christo des-
bitus, potius q̄ pecuniarum lucrum, Attamen eius rei oppo-
situm, atq; ex professo contrarium, negocium ipsum, innu-
meræq; aliæ coniecturæ ac circumstantiæ plus liquido ma-
nifestū reddunt; id quod partim ex supra enumeratis, partim
ex recensendis sequētibus articulis, vtcunq; succinctis, cuiq;
æstimare facile est.

QVEMADMODVM PLVS PECVNIAE,

Q̄ pœnitentiæ peccatoribus imponant,

Patrum canonibus sancitū est, spiritualibus ac manifestis
peccatis, spiritualementem pœnitentiam seu satisfactionem impo- 67
nendam esse, vt sic non pecuniæ lucrum, sed potius anima-
rum salus quæri iutelligatur, Id quod supra etiam memora-
tum est, At ecclesiastici iudices & officiales, perperā animad-
uersis canonibus, dictam spiritualementem pœnitentiam in tātum
exasperant, aggrauant & augent, vt laici, priusq; eam satisfi-
ctionem acceptare velint, pecuniā magis sibi ab ipsis immu-
nitatem comparent; qua re laici multum præmuntur, eccle-
siastici contra multum ditantur, vtputa qui in suum priuatū
commodum & partis agunt munus, & iudicis, quod tamen
omnibus iuribus dissonum est.

QVEM IN MODVM HONESTI VIRI ET MVLIE- res ex falso rumore sæpenumero grauentur,

Accidit etiam nonnunq; q; viri & mulieres coram officia- 68
li, seu ecclesiastico tribunali, vt delictorū ac scelerum fontes,
sinistro rumore deferuntur, ac non prius per sententiam in-
nocentes declarantur, q̄ vbi se iureiurando purgauerint; qua-

F